



Universitätsbibliothek Paderborn

Instructorii Conscientiæ R. P. F. Lvdovici Lopez Ordinis Prædicatorvm ...

In qua reliquæ materiæ quæ ad Instructionem Conscientiæ pertinent ex
Orthodoxis Ecclesiæ iudiciis & scholasticorum Theologorum, tum
Iurisconsultorum resolutionibus scitu perutiles latè & copiosè disputantur

López, Luys

Lvgdvni, 1588

An resignantes in casibus hîc contentis, poßint aliquid fructuum percipere,
& an accipiens solum titulum, abdicatis à se fructibus teneatur recitare
diuinas horas, & an non percipiens fructus, siue ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-41259

fit in mora petendæ absolutionis, vel dispensationis, potest prævia contritione, & confessione peccatorum quamuis non absoluat a confessore, quia obstat censura excommunicationis reservata superiori absenti, celebratum sine culpa mortali, tum etiam sine incurfione aliquæ irregularitatis. Quia sicut iugum Domini suave est: ita & mandata ecclesie nolentis cum tam graui iactura jobbare, piè sunt interpretanda, vt nimis graua non sint, vt

i Navar. Sum. Lat. num. 239. cap. 27. k Syluest. verbo, Eucharistia. 2. q. 7.

Corduba quæstione 142. limitans opinionem aliorum ad ei expresse subscribere Nauarrum, i & supplementum. Quibus accedit Syluester, k Castro quoque de lege peccatorum libro secundo, capitulo vltimo, conclusione secunda, alij doctores plures hanc sententiam sequuntur. Et licet Sotus huic fauere videatur, tamen magis videtur inclinare in aliam opinionem, quam expresse sustinet Couarrubias in capite *Alma mater.* de sententia excommunicati par. 1. §. 2. numero vndecimo, folio, 23. & 24. vbi ait talis occultus homicida, vel excommunicatus causa vitiana prædictam grauem iacturam nõ posse celebrare missam, neque sacramenta administrare, etiam prævia contritione, quia ante absolutionem & dispensationem indignus est, quia censuris ligatus est, ac proinde iure naturali celebrare & administrare sacramenta prohibetur. Cum huic licet non expresse videtur concordare Sotus: Sed potest teneri opposita prout supra est limitata dum ab offensa, & fictio contra Mer. in sua instructione. Hæc super addidimus aliquantulum extra lineam, sed non multum ab offensa sunt à fundamentis, & principiis eius materie etiam tractabamus, scilicet vt vtrum quia collatio facta irregularis est nulla, quia sua munia nequit obire, ideo fructus non faciat suos.

i Sotus in 4. dist. 18. q. 2. art. 5.

¶ An resignantes in casibus hinc contentis, possint aliquando fructuum percipere, & an accipiens solum titulum, abdicatum fructibus teneatur recitare diuinas horas, & an non percipiens fructus, siue percipiens teneatur recitare si non potest per se, alium vt pueri.

C A P. XCIII.

Q. 1. Via nollem aliquam difficultatem præteriri, quia hanc materiam de fructibus attineat, huc etiam illuc quaerit

questionem aduocare liber, quam etiam Corduba in ad-
 monitionibus ad tractatum casuum conscientiae pertractat.
 166. An canonicus qui iuxta sanctionem Pij quinti re-
 signauit beneficium curatum in fauorem Petri, quia in eo
 redire non poterat, accepitque in pensionem fructus be-
 neficij. 15. aureorum valorem attingentes, ex beneficij ser-
 uatio, atque primitiis. 40. aureis tantum resignatario re-
 manentibus possit tales fructus cum sub ista conditione
 resignauerit percipere. ¶ Et ne in re alioquin preacta im-
 moremur, dicimus ad questionem succincte, Quod si li-
 teris non expeditis, canonicus resignans imposuit, acce-
 pitque pensionem, cum literae adhuc expeditae non essent, quia
 eas papa concedere renuit, quia talis canonicus resignans,
 ante huiusmodi expeditionem literarum percipere pensio-
 nem non valuit, nec resignatarius in quem resignauit,
 eam potuit impendere, ambo simul, & excommunicationis
 sententia, aliisque censuris, & poenis, in proprio motu Pij
 quinti, qui incipit, Intolerabilis, fol. 46. priorum eius-
 dem motuum contentis se implicarunt.

¶ Subsequenter vero tanquam corollarium adiungi-
 mus primo, quod in practica, & in regulis cancellariae ha-
 betur primo quod papa prouidente de nouo beneficium
 aliquod, nisi valor annualis fructuum exprimat, talis pro-
 uisio neutrquam valet. Secus est in renunciationibus cum
 pensionibus dandis in fauorem renunciantium. Nam tunc,
 quia in praedictum consentientium est tantum, etiam
 sine expressione valoris talis concessio, seu prouisio pa-
 pa valet.

¶ Secundo aduertimus, & aliam regulam inter regulas
 cancellariae contineri, scilicet quod etiam non expeditis
 literis ex eo tempore, quo papa concessit petitam pensio-
 nem, vel respondit fiat: pensio sic concessa, & percipi a pen-
 sionario potest intra menses tot, at post transactos tres
 menses pensio percipi non potest, nisi expeditis, extractis-
 que literis & bullis ad eam pensionem percipiendam.

¶ Hinc patet quid etiam dicendum sit, & ad illud du-
 bitium & casum, ubi proponitur Petrum beneficium curatum
 resignasse in Ioannem cum conditione de sibi pensione
 soluenda, quia respondemus, quod si nullus intercessit
 bullarum papae consensus ad dictam pensionem consti-
 tuendam,

tuendam, & ferri nequit & ambo præterquam, quod sententia excommunicationis manent innodati, ipso facto privati beneficio, & inhabiles ad illud, & ad alia beneficia efficiuntur ut patet ex prædicto motu Pij quinti inoperabilis, anno Domini 1569. Si autem autoritas intercesserit Papæ, nemini dubium, quin & talis pensio, & ferri, & constitui possit: sed qui pollicitus est se impetrarum bullas, neque impetrauit, si aliqua inde alteri resignanti sic subsequuta sunt damna, vel pensio sine licentia papæ recuperata sit, & talia damna damnum passo, ex quo alter in mora impetrandi bullas fuit resarcienda sunt, talisque pensio iam soluta est restituenda beneficio, unde

a Syluest. verbo Pa. de hac materia, quæstione 165.

¶ Non inepte hic à nobis ascita est, & hæc quæstio, de qua variatur inter graves doctores, an beneficiarius qui solum recepit in se beneficii titulum, abdicatis à se fructibus, ratione tituli beneficii tantum teneatur ad persolvendas horas. An verò qui omnes fructus sibi percipiendos reseruauit ad id munus persoluendi horas subeundum teneatur. Circa quam quæstionem duæ versantur opiniones.

b Caiet. in opposita, altera Caiet. & aliorum, ex vna parte assertorium receptionem solum tituli sine fructibus, non obligare intitularum sic ad persolvendas horas canonicas, & altera quæ est Syluest. verbo, Horæ. quæstione secunda, &

c Sotus de Metinæ de oratione, quæstione nona, ex opposito tenentium, talem beneficii solo titulo potientem, ad onus persolvendi horas canonicas esse astrictum.

¶ Inter has opiniones Navarrus, non sine exacta consideratione, & bene concordare videtur prædictos inter se dissidentes doctores, cui in hac concordatione subscribitur Corduba in quæst. 186. in additionibus ad tractatû de calibus conscientia. Concordia, resolutio quæ quæstionis hæc in hoc, scilicet quod opinio Soti, Caietani quæ est vera, quando intitulus taliter in solum titulum beneficii consentit, ut per autoritatem Papæ resignator beneficii reseruauerit sibi omnes fructus pro pensione simul cum seruitio, & cum tota administratione beneficii, tunc quia sola videtur hic intervenire via regressus post renuntiantis mortem, solus renuntiator sic beneficii teneatur ad onus persolvendi

Q. 2.

¶ Inter has opiniones Navarrus, non sine exacta consideratione, & bene concordare videtur prædictos inter se dissidentes doctores, cui in hac concordatione subscribitur Corduba in quæst. 186. in additionibus ad tractatû de calibus conscientia. Concordia, resolutio quæ quæstionis hæc in hoc, scilicet quod opinio Soti, Caietani quæ est vera, quando intitulus taliter in solum titulum beneficii consentit, ut per autoritatem Papæ resignator beneficii reseruauerit sibi omnes fructus pro pensione simul cum seruitio, & cum tota administratione beneficii, tunc quia sola videtur hic intervenire via regressus post renuntiantis mortem, solus renuntiator sic beneficii teneatur ad onus persolvendi

recitandi canonicas horas, & non intitulus iste, qui so-
lubri verum habet in casu, quo intitulus iste in solam re-
servationem fructuum in resignantem consensit, si simul
cum titulo possessione obtinuit, & administrationem, vel
non obtinuit, si per ipsum sterit, quominus obtineret ta-
lem & possessione, & administratione, quia ad persolu-
das horas, in hoc casu astringitur intitulus hic, quia Pa-
pa in bullis solitus est id oneris imponere, quod qui reci-
pit fructus pro pensione, onera ecclesie, vel beneficij
liberatur: cum autem in hoc casu intitulus hic aliquos fru-
ctus percipiendi ius habeat quia administrare tenetur, in-
struere que beneficio, licet illos fructus non percipiat, quia
tamen in culpa est, & in causa quod illos non percipiat:
quia illos, vel remittit, vel non exigit, ideo a persoluen-
dum officium, & horas onere, obligatione que non
excusatur. Et hæc opinio media Nauarri concordans sic
alias extremas, potior esse videtur, & quia certè ratione
tunc solius tituli beneficij, ut bene aiebāt Sotus, & Ca-
stellan. non tenetur intitulus ad horas in casu quo con-
currant hæc limitationes, quas addiicit Nauarrus, scilicet
quod non possit intitulus per se, neque per alium perci-
pere fructus, neque sit in culpa, quod pro tunc non per-
cipiat, neque in posterum sit eisdem beneficij fructus re-
cepturus tanquam debitor pro eo tempore, quo eos non
cepit, quas limitationes animaduertas vult esse Corduba,
quia deseruiunt inquit, ad multos casus.

Hinc sequuntur notabilia hæc veluti corollaria. Pri-
mum, quod pueri beneficio intituli, & similiter familia-
res, vel amici pro quibus cum sint beneficiari eorum patres,
fratres vel amici fructus beneficij capiunt tenentur ad canoni-
cas horas recitandas, tenentur inquam non minus, quam si
ipsi fructus caperent, regula qui per alium lib. 6. Accedunt
huic sententia Sotus, & Merino asserentes, quod huius-
modi pueri non initiati sacris obrinētes beneficia requi-
rentia ministerij, ex quo pariter pro ipsis fructus capiunt,
tenentur si per se præ ætate ad recitandas horas inhabi-

les sint, saltem per substitutum, sicut inferuire beneficio
ita etiam persolvere diuinum officium.

¶ Secundum, quod ex prædictis sequitur, quod habens
beneficium, vel assequutus beneficij titulum, quamuis
nisi distributiones quotidianas capiat, ad officium diu-
inum exoluendum tenetur iuxta Nauarrum & Cordub-
etiam si tam tenues sint beneficij fructus, quod ad bene-
ficiarij sustentationem insufficientes sint.

¶ Sequitur ex prædictis tertium quod impedit censuram
alias ante censuras intitulati, qui si vellent procurare ces-
surarum postea incurrarum absolutionem, possent & in-
feruire beneficio, & eius accipere possessionem, quam il-
lucisq; non obtinuerant, etiã si propter cesuram obsta-
cula, fructus beneficij nec in toto, vel in parte ferant,
ad persoluendum diuinum officium manent obnoxij.

¶ Sequitur quartum corollarium, quod si beneficiarius
litigaret & habita sententia fructus sequestratos, a iudi-
cæ aduersario perceptos obtinere deberet, quamuis posses-
sionem non accepisset, neque accipere possit secundum
Nauarrum, & Cordub. & secundum communem senten-
tiam doctorum contra Sorum, & Paludum, & Cardin-
sancti Sixti, quibus quia magis sunt Theologi, & hæc
materia canonica est nõ tantum in hac parte est assentien-
dum, quantum canonistis cæteris paribus, quia fructus
percepti saltem post litem contestatã debentur vero be-
neficiario, si vicerit, quamuis cõtra possessionem de pro-
prietate litiget: tenetur interim ad persolendas canoni-
cas horas, quia quod litiganti etiam cõtra possessionem de
proprietate debeatur fructus, tam in rebus spiritualibus,
quam profanis decisio est. Rot. 24. in nouis, per notatum
cap. grauis, & per Innocentium in cap. in literis de resti-
tutione spoliat. *

¶ l. certii.
C. de rei vñ
dic. & l. ex
diuerso. ff.
ead.

¶ Hinc inferitur corollarium quintum secundum Na-
uarrum, scilicet non excusari ab officio diuino persolendo
eum qui in pensionem omnium fructuum consentit
ei, qui in suum fauorẽ beneficiũ renũciauit prout quoti-
dic fit, quia verẽ beneficiarius est, & possessionẽ beneficij
habet, aut per eũ stat quominus eã habeat, & si vult alio-
quotam partem fructuum potest sibi capere, quia potest
inferuire beneficio, & ad mercedẽ sui seruitij cogere eũ.

omnes fructus sunt reservati. Fructus autem solum intelliguntur, qui deductis oneribus, residui inveniuntur. Fructus ff. soluto matrimonio. cum notatis ibi, & Felin. in capi. ad nostram. de iure iurando, sed non teneretur ratione solius tituli ut diximus, si consensit autoritate Papae ut renuntianti omnes fructus, & omne seruitium, & administratio beneficii reservarentur, quia is cum nihil possit percipere, neque possit seruire, nolente pensionario, nulla ratio exposcit, ut eum ad persolvendas horas obligemus, quae secundum Nauarrum, conclusio est quotidiana, & singularis.

¶ Adde vniuersaliter, quod omnis beneficiarius, per quem stat quominus capiat fructus, siue, quia non vult capere possessionem, aut residere, non obstante, quod fructus non percipiat sua culpa, nihilominus, tenetur ad persolvendas horas.

¶ Sequitur sextum, quod antea diximus, sed gratia feruandi ordinis, hic iterum repetimus, quod capellaniae collatae, cuiusmodi sunt autoritate apostolica, vel ordinarij instituta eo fine, ut iure spirituali, immunitateque ecclesiae sint gaudentes, siue sint per presentationem, siue per collationem, seu electionem prouidenda, bene capellanos astringunt ad diuinum officium personaliter recitandum, licet huiusmodi capellis inferuiant per alios. Secus est si loquamur de capellanijs autoritate apostolica, vel ordinarij non institutis, sed solum a donatoribus, vel fundatoribus, seu testatoribus, priuata autoritate erectis, quia haec capellaniae nec collatae sunt, nec ecclesiastica beneficia, ut pote quae titulo ecclesiastico caeteri, quare nullam obligationem recitandi diuinum officium super suos capellanos inducunt.

¶ Virum praestimoniarum, & pensionarium non recitantes diuinas horas teneantur restituere fructus, & quotam partem pro qua libet omissa hora, & cui est restituendum tunc, & an curati & alij beneficiarij in alijs etiam ministrantes non recitantes teneantur integros fructus restituere.

C A P. X C V.

¶ Proecedentes vltimus ad ea omnia dubia, quae de redditibus ecclesiae, veniunt enodanda, in medium illud